

www.e-rara.ch

[Opera omnia]

Augustinus, Aurelius

[Basel], [1528-1529]

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: AW 57

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-5484>

Ad lectorem.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

tem ad misericordiam tuam. Non enim cogitationibus taceo, etiā tacens uocibus. Et si qui
 de non cogitarem nisi quod placeret tibi, non utiq; rogarē ut me ab hoc multiloquio libe-
 rares. Sed multæ sunt cogitationes meæ, tales quales nosti, cogitationes hominū quoniam
 uanæ sunt. Dona mihi non eis consentire, & si quando me delectant, eas nihilominus imp-
 bare, nec in eis uelut dormitando immorari. Nec intantum ualeant apud me, ut aliquid in
 opera mea procedat ex illis, sed ab eis mea saltē sit tuta sententia, tuta conscientia, te tuente.
 Eccl. 43. Sapiens quidam cum de te loqueretur in libro suo qui Ecclesiasticus proprio nomine iā uo-
 catur, Multa, inquit, dicimus & non peruenimus, & consummatio sermonum uniuersa est
 ipse. Cum ergo peruenerimus ad te, cessabunt multa ista quæ dicimus, & non peruenimus,
 & manebis unus omnia in omnibus, & sine fine dicemus unum, laudātes te in unum, & in
 te facti etiam nos unum. Domine deus unus, deus trinitas, quæcunq; dixi in his libris de
 tuo, agnoscant & tui: si qua de meo, & tu ignosce & tui, Amen.

Operis de trinitate finis.

AD LECTOREM.

EX DIVI Augustini præfationē, eiq; totius operis calce satis apparet illū ab eruditīs quibus
 dā deterritū ne libros de trinitate uel absolueret, uel æderet, quod hoc argumentū à cōpluri-
 bus & græcis & latinis, multo tum breuius, tum dilucidius fuisset tractatum, uelut ab Athanasio
 Basilio, Gregorio Nazianzeno, Didymo & Hilario, alijsq; nonnullis: & ipse Augustinus uideatur
 agnoscere, non solum obscuritatem ac multiloquiū, uerum etiā ingenij defectū, quo factum est, ut
 tot libris uersatus in rebus externis, ubi uentum est ad summam illā trinitatis imaginem, repercū-
 sis maiestate rei, mētis oculis, & pauca dixerit, nec satis digna promissis. Iam multiloquium huic
 penē perpetuū est, quod accidit illi docēdi studio, dū cupit quæ scribit etiā à parum eruditīs ac
 tardis intelligi. Obscuritas hinc accidit, in hoc duntaxat opere, quod quū res per se sit obscuris-
 sima, eoq; dilucidis imaginibus adhibitīs illustrāda, ille trinitatis imagines petit ab his rebus, quæ
 nec uulgo satis notæ sunt, nec inter eruditos admodum cōfessæ, postremo tales, ut ipsæ potius e-
 geant illustratione, quàm ut obscurissimis lucem possint inuehere. Verum ille in hoc genere per-
 libenter uersari solet, adeo ut si quando casu inciderint, illic uelut uiator ad amœnum fontē itine-
 ris propemodum oblitus desideat. Duobus incommodis, multiloquio, sic enim ipse uocat, & ob-
 scuritati, mederi studet, crebris trāsitionibus ac repetitionibus, nec his cōtentus sub finem, multis
 & accuratis epilogis, tū memoriā tum intellectum lectoris subleuat. De tertio ueniam petit à deo.
 Hanc synceritatem sanctissimi uiri, utinam omnes ecclesiæ doctores imitentur. Nemo sanē tā ad-
 dictus est Augustino, quin fassurus sit illū alia scripsisse feliciter, nec hic admodū operis titulo, aut
 lectoris expectationi respōdisse. Caterum quod quū aliās, tum extremo libro, docet unum patrē
 appellandū ingenitū, quū spiritus sanctus non dicatur genitus, sed procedens, Sciendū est quod
 Augustinus appellat ingenitum, ab Hilario uertī innascibilem, eiusq; cognominis rationem exi-
 stimat in solum patrem competere lib. de trinitate quarto, alijsq; locis nonnullis: Græci uocant
 ἀγέννητον, Athanasius indicat uocem ab Ethnicis sumptam, qui disputant utrū mundus sit ἀέννητος
 an γεννητός. Eā uocē arte induxerūt Ariani, ut insidiosis uocabulis persuaderent filium & spiritū
 sanctum esse creaturas. Id consequitur, si uerum est solum patrem esse ἀγέννητον. Proinde nec inge-
 nitum nec innascibile satis exprimit græcam uocem ἀγέννητον. Aliud enim est ἀγέννητον, aliud ἀγέ-
 ννητον, quemadmodum aliud est γεννηθῆναι, aliud γεγενῆσθαι: illud competit in eum qui ex parente nasci-
 tur, hoc in id quod quocūq; modo factum est. Minimum autem interest inter ἀέννητον, ἀκτιστον, &
 ἀποίητον, quæ singula congruūt æque in omnes personas. Etenim si ἀγέννητον separat à rebus con-
 ditis, tam est ἀγέννητος filius, iuxta superiorē naturam, & spiritus sanctus, quàm ipse pater. Sin ἀγέ-
 ννητον dicitur, quod nunquam esse cœpit, sed ab æterno fuit, & hoc est omnibus personis cōmune.
 Si uero ἀγέννητον idem ualet quod ἀέννητον, uocabulum est patri cū spūsancto cōmune. Postremo
 si ἀγέννητον interpretamur, quod nec temporis nec originis habet initiū, hac demum ratione solū
 patri congruūt. Reliqua pete ex libro D. Athanasij quem scripsit aduersus Eusebium.

Diui

*Augustinus
 Basilio
 Gregorius Nazianzenus
 Didymus
 Hilarius*

Augustinus

Augustinus